TRADITIONAL LATIN MASS

MASS PROPER: JUNE 4, ST. FRANCIS CARACCIOLO, CONFESSOR

MASS *Factum est* (white)

INTROIT Psalms 21: 1, 5; 68: 10 Factum est cor meum tamquam cera liquéscens in médio ventris mei: quóniam zelus domus tuæ comédit me. (Ps. 72: 1) Quam bonus Israël Deus: his, qui recto sunt corde. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Factum est cor meum tamquam cera liquéscens in médio ventris mei: quóniam zelus domus tuæ comédit me.	My heart is become like wax melting in the midst of my bowels: for the zeal of Thy house hath eaten me up. (Ps. 72: 1) How good is God to Israel: to them that are of a right heart. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. My heart is become like wax melting in the midst of my bowels: for the zeal of Thy house hath eaten me up.
COLLECT Deus, qui beátum Francíscum, novi órdinis institutórem, orándi stúdio et pœniténtiæ amóre decorásti: da fámulis tuis in ejus imitatióne ita profícere; ut, semper oránte et corpus in servitútem redigéntes, ad cæléstem glóriam perveníre mereántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.	O God, Who didst adorn blessed Francis, as the founder of a new order, with the spirit of prayer and the love of penance, grant Thy servants to make such progress in imitating him that, by prayer without ceasing, and by bringing the body into subjection, they may deserve to attain heavenly glory. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.
LESSON Wisdom 4: 7-14 Justus, si morte præoccupátus fúerit, in refrigério erit. Senéctus enim venerábilis est non diutúrna, neque annórum número computáta: cani autem sunt sensus hóminis, et ætas senectútis vita immaculáta. Placens Deo factus est diléctus, et vivens inter peccatóres translátus est. Raptus est ne malítia mutáret intelléctum ejus, aut ne fíctio decíperet ánimam illíus. Fascinátio enim nugacitátis obscúrat bona, et inconstántia concupiscéntiæ transvértit sensum sine malítia. Consummátus in brevi explévit	The just man, if he be prevented with death, shall be in rest. For venerable age is not that of long time, nor counted by the number of years; but the understanding of a man is gray hairs. And a spotless life is old age. He pleased God and was beloved, and living among sinners he was translated. He was taken away lest wickedness should alter his understanding, or deceit beguile his soul. For the bewitching of vanity obscureth good things, and the wandering of concupiscence

témpora multa, plácita enim erat Deo ánima illíus: propter hoc properávit edúcere illum de médio iniquitátum.

GRADUAL Psalms 41: 2
Quemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum: ita desíderat ánima mea ad te, Deus. (Ps. 41: 3) Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum.

LESSER ALLELUIA Psalms 72: 26
Allelúja, allelúja. Defécit caro mea et cor meum: Deus cordis mei, et pars mea Deus in ætérnum. Allelúja.

GOSPEL Luke 12: 35-40
In illo tempore: Dixit Jesus discípulis suis: Sint lumbi vestri præcíncti, et lucérnæ ardéntes in mánibus vestris, et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis: ut, cum vénerit et pulsáverit, confestim apériant ei. Beáti servi illi, quos, cum vénerit dóminus, invénerit vigilántes: amen, dico vobis, quod præcínget se, et fáciet illos discúmbere, et tránsiens ministrábit illis. Et si vénerit in secúnda vigília, et si in tértia vigília vénerit, et ita invénerit, beáti sunt servi illi. Hoc autem scitóte, quóniam, si sciret paterfamílias, qua hora fur veníret, vigiláret útique, et non síneret pérfodi domum suam. Et vos estóte parati: quia, qua hora non putátis, Fílius hóminis véniet.

OFFERTORY Psalms 91: 13
Justus ut palma florébit; sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

SECRET
Da nobis, clementíssime Jesu: ut

overturneth the innocent mind. Being made perfect in a short space, he fulfilled a long time. For his soul pleased God: therefore He hastened to bring him out of the midst of iniquities.

As the deer longs for the running waters, so my soul longs for Thee, O God. (Ps. 41: 3) My soul thirsts for the strong living God.

Alleluia, alleluia. My flesh and my heart waste away; God is the God of my heart and my portion forever. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples, Let your loins be girt, and lamps burning in your hands. And you yourselves like to men who wait for their lord, when he shall return from the wedding; that when he cometh and knocketh, they may open to him immediately. Blessed are those servants, whom the Lord when he cometh, shall find watching. Amen I say to you, that he will gird himself, and make them sit down to meat, and passing will minister unto them. And if he shall come in the second watch, or come in the third watch, and find them so, blessed are those servants. But this know ye, that if the householder did know at what hour the thief would come, he would surely watch, and would not suffer his house to be broken open. Be you then also ready: for at what hour you think not, the Son of man will come.

The just man shall flourish like the palm tree, he shall grow up like the cedar of Libanus.

Grant us, O most merciful Jesus, that,

præclára beáti Francísci mérita recoléntes, eódem nos, ac ille, caritátis igne succénsi, digne in circúitu sacræ hujus mensæ tuæ esse valeámus: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMON PREFACE
Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérnæ Deus: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítti júbeas deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

COMMUNION Psalms 30: 20
Quam magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, quam abscondísti timéntibus te!

POSTCOMMUNION
Sacrosáncti sacrifícii, quæsumus, Dómine, quod hódie in solemnitáte beáti Francísci tuæ obtúlimus majestáti, grata semper in méntibus nostris memória persevéret, et fructus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

while celebrating the noble virtues of blessed Francis, we, being enkindled with the same fire of charity that burned within him, may be able to stand worthily about Thy sacred table. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God, through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

O how great is the multitude of Thy sweetness, O Lord, which Thou hast hidden from them that fear Thee!

Let the happy memory of the most holy sacrifice, which we have this day offered to Thy majesty on the solemn feast of blessed Francis, ever endure in our minds together with its fruits. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.